

2. Dietrich I.

Nro. 595.
Anno 1178.
Wernher (1168—1185)
H. Leopold VI.
(1177—1194.)

Notum sit ista legentibus quod vodalricus de ualchinstein ministerialis Liupoldi ducis ex nuper ducta uxore nondum habens liberos, post mortem etiam fratrum suorum, anno M^o. C^o. LXX^o. VIII^o. in remedium anime sue, ecclesie Niwenburgensi predium quod habuit meinhartisdorf iuxta mürlingin pro talentis, LXX^a. uendit, et uenditum super altare, S. Marie delegauit, qua etiam pecunia predia fratris sui Alberti a uidua eiusdem Bertrada redemit. Deinde in confirmationem facti predium ecclesie iam uenditum, et in salutem suam suorumque parentum et posteritatis delegatum. Secundo cum uxore sua Helvoge Ualchinstein coram ecclesia presente preposito Wernhero super reliquias excluso prauo ingenio delegauit. Utriusque autem delegationis testes sunt, Gerunch frater eiusdem Vodalrici de cigoltisperge, Wernhart de rabinstein Albret de horne, Liupolt de maleisdorf, item Liupolt de modelanesdorf, Henricus et Albertus de svbinhirti, Heinrich myotil et filius eius chvonradus, Dietmar frater Henrici, Albrich arbo de ualchinstein, Ramut de mistilbach, Diepolt de wienne, Otto, Hartwich, Heziman, Gerunch, homines ecclesie nostre. Post hec idem predium in manus ducis, L. aduocati nostri, ecclesie Niwenburgensi tuendum Winnel tradidit. Huius rei testes sunt prefectus Ratisponensis Fridericus, Vodalricus de asparn, Fridericus de wolfgersdorf, Craph de amcinispach Alber de chvonringin, et filius suus Hadamarus, Wichart de seuelde et frater suus Chadoldus, Albertus de phampstetin, Irmfrit de gnannendorf, Poppo de gnage et frater suus Vdalricus, **Dietricus de Lietenstein**, Wdalricus de trvtmannesdorf, Sindrammus de ebersdorf, Rapoto de putené, Otto et frater suus Adeloldus de chiov, et alii quam plures.

Nro. 382. Fol. 25 b
Sub Got. ppo.
(Gotschalk 1183—1192.)

Cognoscat omnis etas utriusque sexus, quod quidam ministerialis ducis Liupoldi nomine Albertus de phafsteten, tria beneficia, Pernrut, et duo Guntharsdorf potenti manu super aram S. Marie delegaverit, una cum uxore sua pro remedio anime filii sui nomine Chalhoi occisi, eadem die ibidem sepulti, sub eadem conditione relicta eius unum beneficium Radinprunne de patrimonio suo et duas uineas Gundramdorf tradidit. Huius rei testes sunt, Idem albertus de Phafstetin, Otto cognatus eius de missowe, et fratres eius Elfo et Chalhoch et Alber: Chalhoch de Mulbach **Dietricus et frater eius de lihtenstein**, Rapoto Alber de Selwiz, Henricus de Steinperch Ortolf et filius eius Gerunch de Ruspach, Henricus de Hertinstein Hugo de modlansdorf, Henricus de durrinpach, Otto de Mulbach, Chalhoch, Ahtar: Chünrat et frater eius Gerunch de vuzsprunen, Volricus dapifer, Perhtolt de wrmiz, Sifrit de mulbach homo ecclesie, Perhtolt, Marchort, Rvodiger de Hecelsperge Rvodiger de mulbach, Chvonrat de werde Heinrich titelar: Chvonrat et Albreht de Pacintal, Hartnit de Sahsingange.

Nro. 397. Fol. 28.
G.
(Gotschalk 1183—1192.)

Nouerit uniuersitas tam presentium, quam subsequentium, quod agnes relicta alberti de phafensteten in die depositionis eiusdem mariti sui pro remedio eius anime delegauerit supra aram S. Marie Niwenburg, uillicationem ram uolde-spach, omni sopita contradictione. Huic rei testes sunt adhibiti, **ditricus de Lihtensteine**, hinz de glogeniz, Otto de Missawe, Pilgrimus Chalohus Ortolfus fratres de mvolbach Albero marschalcus, hardnidus de sahsengange, Henricus de steimberch Hainricus de Durrenbach, Wernhardus de Eiterbach, Vlricus de poreisdorf, Hainricus de hertensteine, fôrthlib Sifrit Chaloch Rudger fratres de mulbach, Hainricus de phafensteten, arbo de pleünich.